

Cantica

diebus iuuentutis tue. et ambula in visis
cordis tui. et in intuitu oculorum tuorum.
et scito quod pro omnibus his adducet te
deus in iudicium.

CXII

Heser iram a corde tuo. et amo-
ue malitiam a carne tua. Adole-
scencia enim et voluntas: vana
sunt. Semeto creatoris tui in diebus iu-
uentutis tue: antequam veniat tempus affli-
ctionis tue. et appropinquet anni de qui-
bus dicas: non mihi placent. Antequam te
nebrescant sol et luna. et stelle. et re-
uertantur nubes post pluuia. Quia com-
mouebunt custodes domus. et mutabunt
viri fortissimi. et ociose erunt moleres in
minuto numero. et tenebrescent videtes
per foramina. et claudet ostia in platea in
humilitate vocis molentis. et consurgent
ad vocem voluptatis. et obsurdescent oes
filie carminis. Excelsa que timebunt. et for-
midabunt in via. florebit amigdala. im-
pinguabitur locusta. et dissipabitur capra-
ris. Quonia ibit homo in domum eterni-
tatis sue. et circumibunt in platea plan-
gentes. Antequam rumpat funiculus argen-
teus. et recurat vira aurea. et conteratur
hydris super fontem. et confringatur rota
super cisternam. et reuertatur puluis in ter-
ram suam. et deus rediat ad
deum qui dedit illum. Vanitas vanitatum
dixit ecclesiastes. et omnia vanitas. Cunctus
esset sapientissimus ecclesiastes. docuit
populum. et enarrauit que fecerat. et in-
uestigans conposuit parabolas multas.
Quesiuit verba utilia. et conscripsit ser-
mones rectissimos: ac veritate plenos.
Verba sapientiam sicut simuli. et quasi cla-
ui in altum defixi: que per magistrorum con-
siliium: data sunt a pastore. et non. His am-
plius filii mei ne requiras. Faciendi plu-
res libros nullus est finis: frequensque me-
ditatio carnis afflicto est. Finem loquen-
di pariter omnes audiamus. Deum time
et mandata eius observa. Hoc est omnis
labor. Cuncta que fiunt adducet deus in iu-

dicium pro omni errato: siue bonum si-
ue malum sit.

Explicit liber ecclesiastes. Incipiunt
Cantica canticorum. Capitulum .I.



Dscule

tur me osculo
oris sui. Quia
meliora sunt ve-
bera tua vino:
fragrantia vin-
guentis opti-
mis. Oletum effusum
nomen tuum: ideo
adolescens dilexit te.
Trahere me post
te. Curramus in odore
unguentorum tuorum.
Introduxit me rex in
cellaria sua. Exul-
tabimur et letabimur
in te: memores ver-
borum tuorum super
vinum. Recti dili-
gunt te. Pigra sum
sed formosa filie
hierusalem: sicut
tabernacula cedarum.
Sicut pelles salo-
montis. Nolite me
despicere quia fusca
sum: quia decolorauit
me sol. Filii matris
mee pugnaverunt
contra me: posuerunt
me custodem vineis.
Vineam meam non
custodiu. Indica
mihi quem diligit
anima mea: ubi pas-
cas: ubi cubes in
meridie: ne
vagari incipiam
post greges sodali-
um tuorum. Si
ignoras te o pul-
cerrima inter
mulieres egredere
et abi post vestigia
gregum tuorum.
et pasce hedos
tuos iuxta ta-
bernacula pas-
torum. Equitavi
meo in curribus
pharaonis
assimilavi te
amica mea.
Pulchre sunt
gene tue sicut
turturis: col-
lum tuum sicut
monilia. Aure-
nulas aureas
faciemus tibi:
vermicularas
argento. Dum
esset rex in
accubitu suo:
nardus mea
dedit odorem
suum. Fasciculus
meus dilectus
meus mihi: inter
verba mea
commorabitur.
Botrus cypri
dilectus meus
mihi: in vineis
engaddi. Ecce
tu pulchra
es amica mea:
ecce tu pulchra
es oculi tu col-
lubarum. Ecce
tu pulchra es
dilecte mi
et decorus. Lectulus
nostre floridus: signa